

quemadmodum Spiritus sanctus dici possit anima corporis Xti mystici.

1. Anima est id quo primo vivens exercet opera vitae.

unum/

Supponit ergo vivens, quod est unum per se naturale, et ideo/subiectum ontologicum ultimum praedicationis attributorum.

Dicit causam vitae intrinsecam huic subiecto, partem eius constitutivam, et quidem partem principalem, nempe formam substantialem.

2. Iam vero corpus Xti mysticum non est unum per se naturale, neque dicit unum tantum subiectum ontologicum et ultimum omnium attributorum; includit multa eiusmodi subiecta ultima.

Qua de causa Spiritus sanctus non potest esse anima corporis mystici in sensu proprio.

Similiter Sp Ss non potest esse forma substantialis corporis mystici, nam non habetur forma substantialis nisi habeatur una quaedam substantia per istam formam constituta.